

*nissuno contra e comandò, che per sempre questa legge sia eseguita  
nè possa opporsi. Laus Deo et B. Virginis Mariae.*

*Miklos Diklicich Co. Vojvoda*

*Radiroi Rubnich giudice*

*Vladimiro Blaxevich giudice*

*Prebislaeo Vojnich cancelliero della comunità di  
Rogosnizza copiò e sottoscrisse e sigillò in sede dello statuto.*

*Privilegio del Re di Dalmazia ecc. Rinovatore dei  
precedenti. 1289 4. Ottobre.*

*Stephanus Nemagnich Dei gratia Rex Rasciae Dalmatiae  
et Bosniae omnibus Banis, Vojvodis, Comitibus, Serdariis, Of-  
ficialibus et omnibus aliis Judicentibus Militiae et locorum No-  
strorum dilectionem et salutem auguramus.*

*Spectabiles Nobiles loci Rogosnizza in Dalmatia parum  
distantibus a mari vocati comites Diklicich, Rubnich, Davidovich,  
Blaxevich, Mikulich, Vojnich et Radich, qui omnes hic  
pervenerunt a regno hungarico cum eorum familiis et possede-  
runt ipsorum locum cum omnibus suis pertinentiis ex quibus no-  
bilibus multi postea unus pro familia missi a Sp. suo comite Voj-  
voda, judicibus et ab universo suo consilio ad dedicandos se ipsos  
filios et universum suum populum Majestati nostrae cum condi-  
tione, quod ipsi in eorum consilio debeant creare comitem Voj-  
vodam, Judices, Provisores sanitatis et Justitierem et judicare  
in criminali et civili causa et facere iudicia alterius naturae se-  
cundum eorum consuetudines et leges et nunquam debeant sol-  
vere Nobis et subditis Nostris tributum ullum de eorum fructi-  
bus generis cuiusvis nec de negotiis ulla civitate et locis Regni  
nostris nec quidam solvere herbarica, sed sint liberi et immunes  
a quovis genere tributorum, cum ipsi accurrerint effectu magno  
in bello cum exercitu nostro contra inimicos nostros et saepe de-  
monstrati sint fortes in armis et juverunt fore fideles pro sem-  
per Majestati nostrae.*

*Nos igitur pro operibus eorum dignis confirmamus ipsis  
leges omnes, consuetudines facta indulta et concedimus eis  
tenere navicularas pro eorum indigentias et piscatione et clemen-  
tia nostra concedit eis totum quod supra petierunt et ut contine-  
tur cum perpetua conformatioe non solum sed etiam concedimus  
nobilibus praedictis quod totum illud decisum erit ab eorum co-  
mite Vojvoda, judicibus et a consilio nobilium debet esse fir-*